primum Spir. Vini rect. Libr. quinque vel sex, tum Aquae fervidae Libr. tribus extrahi, ex liquoribus commixtis Spiritum elici, et reliquum rite evaporari praecipit. — **Disp. Brunsv.** digestionem cum Aq. comm. partibus sex et levem coctionem docet. — **Ph. Sard.** bis cum Vini albi generosi partibus quinque ad sex extrahi vult liquores inspissandos.

EXTRACTUM VIOLAE TRICOLORIS vid. Extractum Jaceae (p. 405).

EXTRACTUM VIRGAUREAE. Goldruthe-extract.

**Ph. Herbip.** coctione cum Aquae comm. s. q. ex Herba Solidaginis Virgaureae parari instituit.

EXTRACTUM VISCI ALBI, s. **Visci querni aquosum.**

**Ph. Ferrar.** Stipit. Visci querni Libr. unam, coque cum Aq. comm. Libr. tribus, Colaturam *albumine ovi clarificatam* evapora.

EXTRACTUM VISCI ALBI VINOSUM.

**Ph. Sard.** bis cum quintuplo sive sextuplo pondere Vini albi generosi extractiones factas ad extracti spissitudinem inspissari vult.

## EXTRACTUM VITIS PAMPINORUM. Weinrankenextract.

**Ph. Bor. ed. 5.** sicut Extractum Aconiti Herbae recentis (p. 383) suum parari jubet ex Pampinis recentibus Vitis viniferae. Sit coloris viridis, solutione in aqua viridi, turbida, saporis acidi *adstringentis.*

## EXTRACTUM ZEDOARIAE. Zittwerextract. *Extrait de Zédoaire.*

Paretur ex Radice Zedoariae grossiuscule contusa sicut Extractum Angelicae (p. 385). **Ph. Brunsv., Palat., Wirt.** Radicem cum quintuplo vel sextuplo Spiritus Vini rect. pondere digestam exprime; expressam coque cum Aq. comm. pondere triplo, decoctionem albuminis ope clarifica, liquores, mixtos Spiritu blanda destillatione elicito, rite inspissa. **Ph. Sard.** cum Vini albi generosi pondere quintuplo vel sextuplo parari vult. — TADDEI infusione Aquae fervidae octuplo pondere.

## FAECULA, Satzmehl, *Fécule*,

sedimentum dicitur album, nitidum, granulosum, ex succo expresso atque e loto plantarum nonnullarum inter quietem depositum. Continetur radicibus permultis bulbosis, stipitibus Palmarum, seminibus graminum. Faecula plerumque amylacea (Amylum, Stärkemehl, *Amidon*) dicta ex diversis plantis obtenta parum diversa gaudet indole, et microscopio et arte chemica dignoscenda, attamen ut ejusdem generis materia esse videatur. Est pulvis albus, digitis pressus stridorem edens, odoris atque saporis expers, aqua gravior, texturae sphaericae concentricae novissimis temporibus summo cum studio exploratae. Aqua frigida vel Spiritu Vini non mutatur, aqua fervida in pultem gelatinosam (Kleiſter, *empois*) opalescentepellucidam, siccando glutinescentem dissolvitur, leni calore torrefactum in materiam gummosam, aqua frigida solubilem vertitur. Cum acido sulphurico dilutiore per longius tempus coctum in saccharum grumosum (Traubenzucker) convertitur, uti etiam principio proprio germinatione seminum cerealium prolecto, *diastasi* quibusdam appellato. Amyli autem res chemicae summis adhuc tenebris opprimuntur. Amylum coctione solutum fermentatione lege artis instituta in Spiritum Vini convertitur, aëris contactui longe expositum acescit et in acidum lacticum commutatur.

Iodi ope Amylum facillime indagatur, cum quo vestigia minima quoque colorem coeruleum generant.

Faecula simili plerumque modo ex diversis plantis obtinetur. Radices recentes radulae ope in pultem aequabilem redactae, Semina aqua frigida imbuta atque turgida, sacculis linteis inclusa, aquae frigidae immersa assidue contorquentur atque contunduntur, ut faecula per telam abripiatur. Pultes radicum quoque in cribro setaceo aquae prosilientis radio expositae, manibus assidue tractatae supponuntur. Liquor turbidus profluens denuo per cribrum trajectus seponitur ut faecula fundum petat. Liquore imminente rejecto, faecula aliquoties aqua pura lavatur, denique aeris contactu in umbra siccatur, *caloris adminiculo evitato.*

FAECULA AMYLACEA *vid.* Amylum (I, p. 6).

FAECULA ARI, s. **Ari maculati.** Aarons-wurzelkraftmehl. ***Fécule d'Aron.***

Rec. Radicum Ari succulentarum a sordibus et externa pellicula liberatarum q v., radulae vel scobinae ferreae ope in pultem tenuem abrade, quam, addita dimidia parte aquae communis, in sacculis linteis inclusam sub prelo exprime. Residuum aliquoties cum aqua in pultem tenuem redactum iterum exprimatur, liquores turbidi obtenti per cribrum setaceum trajiciantur, et vasis figulinis suscepti stent sepositi, donec faecula fundum petierit, quam aliquoties aqua pura lavatam in umbra exsicca; bene siccam in pulverem redige, quem in vasis optime clausis serva. (***Usus :*** Faecula Ari exolevit. Faecula amylacea, in commercio optimae notae prostans, substituitur.)

FAECULA ARISTOLOCHIAE. Oſterluzei-kraftmehl. ***Fécule d'Aristoloche.***

Paratur ex Radicibus Aristolochiae rotundae et longae sicut Faecula Ari.

FAECULA ARROW-ROOT vid. Arrow-Root (I, p. 9).

FAECULA BELLADONNAE.

VAN MONS: Rec. Foliorum recentium Belladonnae q. v., contunde pistilli lignei ope in mortario lapideo et exprime succum; residuum denuo cum Aquae pauxillo contusum iterum exprime; liquores mixtos sepone, decantha, et igni impositos calefac, donec faecula al-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0448-1
DFG

buminosa concrescat, quam in colatorio susceptam atque elotam blando calore sicca et in pulverem redige. (Est haec faecula non amylacea sed albuminosa, virtutis medicae expers, e re medica expungenda. Nisi bene siccata est corruptelam subit et putredinem.)

FAECULA BRYONIAE. Zaunrübenſatzmehl. *Fécule de Bryone.*

Paretur ex Radice recente Bryoniae albae sicut Faecula Ari, quam vide.

FAECULA CICUTAE.

Ex Van Monsii praecepto praeparetur sicut Faecula Belladonnae.

FAECULA CUCUMERIS AGRESTIS.

Ph. Genev., Van Mons: Fructus viridis Momordicae Elaterii seminibus exemtis in mortario contundantur cum Aquae pauxillo, succus decanthatione depuratus calefiat, donec faecula concreverit, quam bene lotam et blando calore siccatam serva.

FAECULA HIPPOCASTANI, s. Seminum Hippocastani. Roßkaſtanienſatzmehl. *Fécule de Marron d'Inde.*

Fructus Hippocastani, cortice exteriore demto, scobis ferreae ope abrade, quod quidem operosum est, et rasuram sicut Radicem Ari in Faecula Ari tracta. — Ph. Gall. (1818) exhibuit.

FAECULA HYOSCYAMI.

Sicut Faeculam Belladonnae ex Herba Hyoscyami parari jussit Van Monsius.

FAECULA IREOS, s. Iridis.

Ph. Gall. (1818) et Genev. sicut Faeculam Ari parari proponunt.

FAECULA MARANTAE vid. Arrow-Root (I, p. 9).

FAECULA PAEONIAE. Gichtroſenſatzmehl. *Fécule de Pivoine.*

Ph. Wirt. sicut Faeculam Ari parari vult

FAECULA SAGITTARIAE vid. Arrow-Root (I, p. 9).

FAECULA STRAMONII.

Sicut Faecula Belladonnae ex Hb. Stramonii.

FALTRANK vid. Thea helvetica.

FARINA AMYGDALARUM. Mandelmehl, Mandelkleien.

Rec. Placent. Amygdal. dulc., Farin. Secalis āā Libr. tres, Pulv. Rad. Ireos Unc. sex, Ol. Lavend., — de Cedro āā Drachm. unam. Usus ad manus lavandas.

FARINAE EMOLLIENTES. Erweichende Mehlſpecies. *Farines emollientes.*

Ph. Gall. (1837) Rec. Farinae Sem. Lini, — Secalis, — Hordei āā par pondus. — Spielmannus: Farin. Sem. Lini et Foenugraeci par pondus misceri suadet. (Cf. Species emollientes.)

FARINA HORDEI AMYGDALATA.

Taddei: Amygdal. dulc. excort. Unc. quatuor, contunde cum pauxillo Farinae Hordei tum adde Farinae Hordei ad pondus Libr. trium, et Sacchari albi Libr. unam. In olla fictili, cum farina frumenti lutata, in furno calefiat, donec lutum sit bene coctum.

## FARINA HORDEI PRAEPARATA, Amylum Hordei Ph. Bavar., Hordeum praeparatum Ph. Saxon. Zubereitetes Gerſtenmehl.

Ex Hufelandi praecepto praeparetur sec. Ph. Bavar., Boruss., Hamb., Saxon., Slesv.-Hols. Rec. Farinae Hordei Libr. duas, immitte in saccum linteum ita colligandum, ut non omnino repleatur, sed spatium quatuor fere pollicum vacuum remaneat inter farinam et ligaturam. Saccus tunc in aheno cupreo, stanno obducto, aqua repleto ita suspendatur, ut undequoque satis distet ab aheni parietibus; coquatur aqua per horas duodecim ad quatuordecim (Hamb. hor. 24) donec farina in globulum solidum transierit. Massae globosae, e sacco in patinam excussae, stratum exterius seu corticem glutinosum accurate cultri ope separa, farinam vero aqua non tactam modico calore sicca, contere, et serva in vase fictili. — Praeparandi methodus satis inepta, quae plerumque totius farinae jacturam secum fert, quia omnino ab aqua irrigatur. Non enim ea pars, quae salva prodit, eo melior atque efficacior fit, quo *majorem farinae jacturam feceris. Igitur praestat sacculum omnino replere atque vinculis ita perstringere, ut farina moveri nequeat, ideoque citius cutem aquae imperviam assumat.* Farina quoque indolem gummosam digestione facile induit, quando in vase bene clauso calori balnei vaporis per longum tempus exponitur. Sit pulvis farinosus, albus, vix luteorubens, odoris panis recens cocti hordeacei, saporis farinosi subdulcis valde mucilaginosi. *Usus:* pro alimento levi adhibetur in phthisi, atrophia, macritudine ablactantium. Cum lacte vaccino et saccharo conditum propinatur.

FARINAE RESOLVENTES. Auflöſende Mehlſpecies. *Farines resolutives.*

Ph. Gall. Rec. Farinae Foenugraeci, — Fabarum, — Orobi, — Lupini āā par pondus. M. Spielmannus: Rec. Farinae Secalis, — Tritici, — Hordei, — Fabarum āā par pondus. M.

FEBRIFUGUM Cranii est Regulus Antimonii medicinalis inconcinna paratus methodo; fusione Antimonii crudi Unc. quinque, cum Salis culinaris Unc. quatuor et Salis Tartari Unc. una. In cono fusorio metallum a scoriis separatum est.

FEBRIFUGUM SALSUM vid. Decoctum febrifugum salsum (p. 231).

## FEL TAURI INSPISSATUM. Eingedickte Ochſengalle. *Fiel de boeuf epaissi.*

*Synon.:* Fel bovinum inspissatum, Extractum Bilis s. Fellis. *Bile inspissée, Bile de boeuf epaissie.*

Rec. Fellis taurini recentis (si

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0449-9

opus erit per telam trajecti) quantum vis, in balneo aquae inter continuam (!) agitationem ad Extracti spissitudinem redige.

Sit coloris e fuscescente-viridis, in aqua solutione limpida virescente solubile, odoris nauseosi nec tamen putridi, cupro non inquinatum, quod lamina ferrea immersa exploratur. — *Vis:* stomachica, resolvens, antacida.

FERCULUM COMMUNE vid. Farina Hordei amygdalata.

FERRI AMMONIO-CHLORIDUM vid. *Sal. Ammoniacum martiatum*

FERRI CARBONAS, s. Ferri Carbonas praecipitatum vid. Crocus Martis aperitivus (p. 209).

FERRI FERRO-CYANAS Ph. Amer. vid. Coeruleum Berolinense (I, p. 38).

FERRI IODIDUM vid. Ferrum jodatum.

FERRI PHOSPHAS vid. Ferrum phosphoricum.

FERRO POTASSIO-TARTRAS vid. Tartarus chalybeatus.

FERRI SESQUIOXYDUM Ph. Lond. vid. Crocus Martis aperitivus (p. 209).

FERRI SULPHAS vid. Vitriolum Martis purum.

FERRI SULPHURETUM vid. Ferrum sulphuratum (p. 431).

FERRO-CYANAS CHINII vid. Chinium ferro-cyanicum (p. 176).

FERRO-CYANAS POTASSAE vid. Kali borussicum (I, p. 163).

FERRUM ACETICUM vid. Liquor Ferri acetici

FERRUM ALCOHOLISATUM vid. Limatura Martis alcoholisata.

FERRUM AMMONIACALE, s. ammoniatum vid. Sal. Ammoniacum martiatum.

† FERRUM ARSENICICUM, s. Arsenias Ferri. Arſenikſaures Eiſenoxydul. *Arseniate de Fer.*

Rec. Arsenici albi q. v., cum Spiritu Vini irroratum in pulverem subtilissimum contere, et admisce Nitri depurati pulverati par pondus. Mixta in crucibulum ingere ad dimidium tantum replendum. Igne caute circumdato massa primum liquescat, tum vaporibus nitrosis (circumspecte evitandis ne aspirentur) extricatis rubescat et tranquille fluat. Crucibulo ab igne amoto massa salina exemta Aqua fervida solvatur, solutio filtretur, et adjecta solutione Vitrioli Martis puri recens parata praecipitetur, quamdiu sedimentum coerulescenti-viridulum efficitur. Praecipitatum Aqua pura sedulo ablutum in umbra siccetur. In Cancro laudabatur loco Pulveris de Cosme. Cum adipe in unguenti formam redactum, adhibitum, imo etiam pulvis ipse penicilli ope adpictus est. Materiam cancrosam valde consumere praedicatur.

FERRUM BROMATUM. Bromeiſen. *Bromure de Fer.*

Rec. Limaturae Ferri Unc. unam, immitte in vitrum bene claudendum adde Aquae destillatae Unc. tres ad quatuor, tum sensim adjice Bromi Unc. unam et vas bene clausum interdumque agitandum sepone donec liquor colorem subviridem induerit. Filtra et liquorem limpidum cito evaporatione ad siccitatem redige. Massa salina subfusca, deliquescens, saporis styptici ferruginosi. A Magendio tentatum.

FERRUM CARBONATUM vid. Graphites depuratus.

FERRUM CARBONICUM vid. Crocus Martis aperitivus (p. 209).

FERRUM CITRATUM, s. Ferrum citricum. Citronenſaures Eiſenoxydul. *Citrate de Fer.*

Rec. Succi expressi fructuum Citri, digere cum sufficiente quantitate Limaturae Ferri, ut aliqua pars intacta remaneat, cola et in balneo aquae ad siccum redige.

FERRUM HYDROCYANICUM vid. Coeruleum Berolinense (I, p. 38).

FERRUM IODATUM, Ferri Iodidum *Ph. Lond.*, Ioduretum Ferri *Ph. Gall.*, Ferrum hydroiodicum oxydulatum. Jodeiſen, Eiſenjodür. *Iodure de Fer.*

Rec. Limaturae Ferri Drachm. duas, immitte in vas ferreum fusum, affunde Aquae destillatae Drachmas decem, tum sensim adjice Iodi Unciam unam, et digere interdum agitanda donec color primum rubicundus in subviridem mutatus sit. Liquorem citissime filtra, filtrum Aqua adspersa pauca ablue et liquorem limpidum extemplo in patina porcellanea ad siccum redige. Massa salina coloris subfusci, ad aërem humorem colligens, saporis styptici atramentarii.

In morbis chronicis scrophulosis, tabe mesenterica, scirrho, amenorrhoea, dyspepsia atonica laudabatur. — Ph. Gall. et Lond. in rem medicam receperunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0450-0

**FERRUM MURIATICUM OXYDATUM**, s. **Hydrochloras Ferri**, **Chloretum ferricum** Berzelii, **Murias Ferri**, **Sesquichloretum Ferri**, **Ferrum salitum**, **Sal Martis muriaticus.** Salzſaures Eiſenoxyd, Eiſenchlorid, Anderthalb Chloreiſen. *Muriate de Fer*, *Chlorure ferrique*, *Chlorure de Fer*, *Deutochlorure de Fer.*

Rec. Ferri oxydati nativi puri (Lapidis Haematitii in crystallis, rother Glaskopf) in pulverem subtilissimum redacti quantum vis, immitte in cucurbitam vitream balneo arenae impositam et affunde Acidi Salis concentrati pondus triplum ad quadruplum. Miscellam agitatione mixtam in balneo arenae fove, ut post longam digestionem sub finem leniter per horam dimidiam ebulliat. Post refrigerium liquorem limpidum innatantem extemplo filtro chartaceo immitte et Lapidi Haematitio ab Acido intacto denuo alteram Acidi Salis vim infunde, iterum bene digesta atque cocta filtro immitte, hasque operationes repete, donec Lapis fere totus solutus fuerit. Liquores junctos colore rubrofusco saturate tinctos in patina porcellanea supra igne moderatissimo (sub finem conducit in balneo aquae) ad Syrupi spissitudinem redige. Patinam, lamina vitrea vel campana tectam, sepone in locum frigidum ut crystalli concrescant, quae interdum nonnisi post aliquot dies exoriri incipiunt, et per plures menses crescere pergunt. Liquor paullo magis inspissatus quoque ex toto coalescit gas hydrochloricum abunde evolvens. Cavendum est, ne igne incaute aucto salis aliqua pars decomponatur, atque Oxydum Ferri demittatur. Crystallisationem in patina ipsa ab humoris atmosphaerici aditu defensa, nec in vitro colli angustioris institui opus est, quia frusta perdura non sine vitri atque salis jactura eximi poterunt.

Sint crystalli citrinae vel rubellae subglobosae, in crustas crassas durissimas concretae, texturae radialis fibrosae, aqua ex toto solutione citrina solubiles, aëri expositae humorem colligentes atque in Oleum Martis deliquescentes.

Diversis quoque methodis Ferrum muriaticum oxydatum parari licet, nec tamen expeditius vel vilioris pretii. — E. gr. Solve Limaturam Martis in acido muriatico, filtra, adde Acidi adhibiti partem dimidiam, et inter ebullitionem cautam instilla Acidi nitrici q. s., ut color primum nigro-olivaceus in flavum mutatus fuerit. Evaporet ad crystallorum formationem, uti supra edoctum est. Satis prospere cedit.

Differt eo, quod Aquam non continet, Ferrum muriaticum oxydatum SUBLIMATUM sive ANHYDRUM, quod hac ratione paratur. Immitte crystallos, quas mox parari docuimus, in cucurbitam vel retortam vitream balneo arenae impositam, et ignem suppone primum lenem atque moderatum ut Aqua et Gaz hydrochlorici magna vis abeat, tum sensim auctum, ut Sal anhydrus sublimetur. Condensantur in collo vasis bracteolae atropurpureae micantes, saepius in frusta densa concretae, post vitri fracturam statim cultelli ope abradendae et quam citissime in vitrum optime clausum ingerendae. Aquam ex aëre avidissime colligunt, nec sine ponderis incremento condi queunt.

Constat duobus Ponderibus Mixtionis Ferri et sex Chlori, ergo Atomon aequiparat 2006,36, crystallisatum cum Aqua continet Aquae Pond. Mixtionis duodecim, sive 40,268 partes centesimas.

*Usus:* per se datur interne liquoribus aliis immixtum, inservit praeterea tincturae nervino-tonicae Bestucheffi, Ferro oxydato hydrato, Sali Ammoniaco martiato, cet. parandis. Solubile est in Aqua, Spiritu et Naphtha.

**FERRUM MURIATICUM OXYDULATUM**, **Chloretum ferrosum** Berzelii. Salzſaures Eiſenoxydul, Eiſenchlorür. *Chlorure ferreux*, *Hydrochlorate de Protoxyde de Fer.*

Rec. Limaturae Martis vel Clavorum ferreorum q. v., immitte in cucurbitam vitream et affunde Acidi Salis puri q. s., ut Limatura fere tota solvatur. Quum gas hydrogenium sponte evolvi cessaverit, actioni chemicae caloris adminiculo succurre, cucurbitam balneo arenae imponens, atque cavens ut Limaturae aliqua pars sub finem intacta supersit. Liquorem subviridem cito per filtrum trajice et in patina porcellanea igne rapidiore, quam citissime fieri potest, ad siccum redige. Serva in vasis optime munitis. Est pulvis albus vel subflavescens, aëris contactu oxygenium attrahens atque inde colorem flavum induens, Aqua fere ex toto solubilis solutione subviridi-flavescente.

Constat uno Pondere Mixt. Ferri, et duobus Chlori, et Atomon aequiparat 781,86; cum quatuor Aquae Ponderibus Mixtionis crystallos exhibet subvirides, ad aërem deliquescentes, facile solubiles, saporis styptici atramentarii.

Per se non adhibetur, inservit vero Tincturae Ferri muriatici parandae.

**FERRUM NITRICUM**, **Nitras Ferri.** Salpeterſaures Eiſenoxyd.

Paretur ex Van Monsii praecepto (non satis concinno) ex Aethiope martiali et Acido nitrico. Praestat dissolvere Ferrum oxydatum in Acido Nitri. — Kerr docet Ferri in frustula dissecti Unc. unam et semis digeri cum Acidi Nitri Unc. tribus, cum Aquae Unc. quindecim antea dilutis. Solutione peracta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0451-6
DFG

filtra, adde Acidi Nitri Drachm. unam et Aquae tantum ut Unc. triginta expleantur. Liquor coloris intense rubri, saporis adstringentis. Laudatum in diarrhoeis chronicis, typhosis.

## FERRUM OXYDATUM FUSCUM
vid. Crocus Martis aperitivus (p. 209).

## FERRUM OXYDATUM HYDRATUM, s. hydraticum. Eiſenoxydhydrat. *Hydrate de Peroxide de Fer.*

Rec. Ferri muriatici oxydati (vel Oleum Martis, vel Liquorem ex crystallisatione Ferri muriatici oxydati remanentem) q. v., solve (vel dilue) in Aquae communis partibus triginta ad quadraginta, et admisce Spiritus Salis Ammoniaci caustici q. s., ut Oxydum Ferri totum praecipitatum sit, quod odore leviter ammoniacali dignoscitur. *Quum sedimentum fundum petierit, Aquam innatantem* effunde, et praecipitatum sedulo agitatum, ne massae coacervatae intus salsae remaneant, aliquoties Aqua pura affusa ablue. Denique Aquam, quantum fieri potest, effunde, et pultem fuscam liquidam in vasis vitreis serva.

Antidotum praesentissimum Arsenici albi. In omnibus officinis praesto esse meretur, propter periculum, si adest, plerumque urgentissimum, pretii vilitatem, et virtutis diuturnitatem.

## FERRUM OXYDATUM RUBRUM
vid. Crocus Martis adstringens (p. 209).

## FERRUM OXYDULATO-OXYDATUM Woehleri, Aethiops martialis praecipitatus. Gefälltes Eiſenoxyduloxyd, gefällter Eiſenmohr.

Rec. Vitrioli Martis crystallisati puri Part. decem, solve in Aquae destillatae sufficiente quantitate, adde Olei Vitrioli, cum Aqua antea parum diluendi, partem unam et dimidiam, calefac miscellam ad ebullitionem et guttatim adde Acidi Nitri q. s., ut color ab initio atro-olivaceus in flavum mutatus fuerit. Liquorem ab igne remotum magna vi Aquae destillatae frigidae dilue. Seorsum recipe Vitrioli Martis cryst. puri Partes sex, solve in suff. quant. Aquae destillatae, et solutiones ambas junge in vase amplo figulino. Mixtas cum baculo vitreo vel ligneo fortissime agita, ut intime misceantur, et motu rapido in gyrum ferantur, tum **una vice** tantam adde Spiritus Salis Ammoniaci caustici copiam, ut Aethiops ex toto praecipitetur et Liquor odorem leviter ammoniacalem exhalet. Sedimentum *nigrum* Aqua pura bene ablutum, in filtro *colligatur*, inter chartam bibulam exprimatur et loco tepido siccetur. Servetur in vasis bene clausis.

Est pulvis subtilis, velutino-niger, rudiculae magneticae obsequius, acidis dilutis facile et sine gas evolvendo solubilis, solutione virescente-flava, cum Ammonio praecipitatum nigrum iterum generante.

Constat paribus Ponderibus Mixtionis Oxyduli et Oxydi Ferri et Aqua. Humectatum quoque et aëri expositum colorem rubiginosum non nisi lente induit. — *Vis et Usus* atque Aethiopis martialis. Propter certam facilemque parandi methodum et solubilitatem in acidis (e. gr. stomachi) in Aethiopis martialis communis locum substitui meretur.

## FERRUM OXYDULATUM NIGRUM
vid. Aethiops martialis (p. 29).

## FERRUM PHOSPHORICUM OXYDATUM, Phosphas Ferri, s. ferricus. Phosphorſaures Eiſenoxyd. *Phosphate de Peroxyde de Fer.*

Rec. Ferri muriatici *oxydati* crystallisati q. v., solve in Aq. dest. *partibus quatuor* ad sex, et adde Solutionem *Natri phosphorici* crystallisati, quamdiu praecipitatum albidum enascitur, quod Aqua destillata addita et seponendo per aliquot tempus dignoscitur. Praecipitatum voluminosum aliquoties decanthando Aquam innatantem lavatur, tum vero, quamquam non satis bene lotum, in filtro colligitur. In hoc praecipitato edulcorando oleum et opera *perditur; ergo*, Aqua eguttata, in calore *leni siccetur; frustula minuta* perdura in *mortario in pulverem subtilissimum* terantur, et cum Aqua optime *contrita* elutriatione in filtrum conjiciantur. Particulae majores in mortario residuae denuo cum Aqua contritae elutrientur. Praecipitatum tum Aqua destillata bene lavetur, caute siccetur, et in pulverem contritum servetur.

Sit pulvis albidus, Aqua insolubilis. In Acido nitrico diluto leni calore solvatur. Calori fortiori expositus fuscescat.

Constat duobus Ponderibus *Mixtionis* Oxydi Ferri, et tribus acidi *phosphorici* et Aqua.

Ph. Suec. et Cod. Hamb. (1835) receperunt. Laudatur in Carcinomate uteri.

## FERRUM PHOSPHORICUM OXYDULATUM, Phosphas ferrosus, Phosphas Oxyduli Ferri. Phosphorſaures Eiſenoxydul. *Phosphate de Protoxyde de Fer.*

Rec. Ferri sulphurici crystallisati puri (Vitrioli Martis) Unc. tres, solve in Aq. destillatae sextuplo. Solutioni instilla Natri phosphorici Unc. quatuor, in Aqua destillata solutas, vel quantum ad totam Ferri phosphorici praecipitationem requiritur. Praecipitatum bene ablue, sicca et serva.

Sit pulvis subtilis, sordide coeruleus, in Aqua insolubilis, in Acido nitrico et muriatico diluto leni calore solvatur.

Cod. Hamb. (1835) proposuit, adnotatione monens, semper hoc praeparatum dis-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0452-2 DFG

pensandum esse, nisi expressis verbis a medico oxydatum postularetur.

FERRUM POTABILE quibusdam est Tartarus chalybeatus.

**FERRUM PULVERATUM** vid. Limatura Martis alcoholisata.

**FERRUM SACCHARATUM** Bekkeri. Becker's verzuckertes Eisenpräparat. *Carbonate de Protoxyde de Fer sucré.*

Rec. Vitrioli Martis crystallisati puri q. v., solve in sufficiente quantitate (sextupla) Aquae destillatae, digere parum cum limatura Martis et cito in lagenam filtra ad dimidium tantum replendam. Tum affunde Solutionem Natri carbonici, ut Ferrum carbonicum ex toto paecipitetur; lagenam Aqua fervida caute omnino reple, miscelam optime concute, epistomium impone atque sepone. Postquam praecipitatum album vel viridulum subsederit, liquorem innatantem caute, ne sublevetur, effunde, lagenam denuo Aqua cocta et in vase clauso frigefacto, vel Aqua fervida ipsa imple, cavens ne lagena caloris vi dirumpatur, quod eo optime evitatur, si lagenae continuo leviter agitatae per infundibulum impositum Aquam fervidam infundes. *Hac operatione tertium repetita praecipitatum cito in sacculum linteum densioris texturae*, intus sacculo chartaceo bibulo munitum, immittatur. Quum Aqua quam plurima sponte emanaverit, sacculum supra sedimento vinculis caute constringe, et leni pressione adige, ut Aqua paullatim exeat, nec sacculus rumpatur, qui, quum pressionem fortiorem ferre poterit, in prelo torculari summa cum vi exprimatur. Placenta subhumida exemta in patina evaporatoria porcellanea cum *Sacchari* albi pulverati pari pondere *misceatur*, *et miscella* eo paene iterum liquefacta *leni igne* ad *siccum* redigatur.

Sit pulvis atro-olivaceus, odoris proprii ferrosi, saporis dulcis expost parum stypticì atramentarii; temporis lapsu non mutatur. — *Vis* et *Usus* Croci Martis aperitivi, Aethiopis martialis vel aliorum Ferri praeparatorum.

Sacchari connubio Ferrum oxydulatum optime defenditur ab oxydatione penitiore. Pro virtute medica et mixtionis stabilitate in thesaurum medicum introduci dignissimum remedium. A Beckero, medico Mulhusiensi, excogitatum et adhibitum, a Klauero, pharmacopola sollertissimo ejusdem oppidi, exploratum atque commendatum est.

FERRUM SALITUM vid. Ferrum muriaticum oxydatum (p. 429).

FERRUM SESQUINITRICUM vid. Ferrum nitricum.

**FERRUM SUBCARBONICUM** vid Crocus Martis aperitivus (p. 209).

**FERRUM SULPHURATUM**, Sulphuretum Ferri. Schwefeleiſen, einfach Schwefeleiſen. *Sulfure de Fer.*

Rec. Limaturae Martis aequabilis, nec nimis grossae, Libras sex, Florum Sulphuris Libras tres et dimidiam, intime misce. Tum crucibulum Hassiacum (vel sartaginem ferream fusam pro majoribus copiis parandis) satis capax in ignem impone, ut fundus tantum a calore obscure rubescat. In hoc miscelae portiunculam (Libram circiter unam) conjice, quae ignem corripere moram non faciet. Ignis coruscans gliscente cum ardore quum per totam massam fere migraverit, alteram tantam portiunculam injice, quae simili modo deflagrabit. Ita perge donec miscela tota injecta, vel crucibulum repletum fuerit. Crucibulum inter haec operculo apto semper obtegatur. Denique, quum flamma sulphurosa emergi abrupte cessaverit, stratum Pulveris Carbonum massae candenti insperge, et, operculo imposito, omnia refrigeranda sepone. Massam conglutinatam in mortario contunde, et in lagenis bene obturandis serva.

Limatura dimidium sui ponderis incrementum capit.

*Usus:* chemicus plerumque; inservit pro *parandis corporibus chemicis variis*, e. gr. *Aqua hydrosulphurata, Acido hydrojodico*; pro praecipitandis metallis ex solutionibus, pro detegendis metallis nocivis venenosis, Arsenico, Plumbo, Mercurio, cet.

Sufficit quoque Limaturam Martis et Flores Sulphuris stratum super stratum in crucibulum imponere, scilicet ut Sulphuris stratum in fundo incipiat, et Limaturae stratum superne finem faciat. Praeparatum praestantissimum vero secundum Gahnii methodum obtinetur, quae tali modo exercetur. Rudiculae Ferri fabrorum (Schmiedeeiſen) in igni vehementissimo ad albedinem (Schweißhitze) calefactae, ut scintillas coruscantes spargant, cum frustulis Sulphuris citrini illinuntur, quo fit, ut Sulphuretum Ferri excandescentia liquefactum defluat, et in vase supposito aqua frigida plena suscipiatur. Rudicula ferrea eo consumta ut non amplius excandescat, iterum igni immittitur et altera interdum ignita ex igne tollitur. Magna praeparati moles brevi tempore obtinetur atque optimae notae, si excandescentiam veram in promptu habes, quam si attingere non poteris, oleum et operam perdes.

FERRUM SULPHURICUM vid. Vitriolum Martis.

**FERRUM TARTARISATUM** vid. Tartarus chalybeatus.

FERRUM VITRIOLATUM vid. Vitriolum Martis.

FERRUM ZOOTICUM vid. Coeruleum Berolinense (I, p. 38).

FLORES AERIS s. Viridis Aeris vid. Aerugo destillata (I, p. 2).

**FLORES BENZOËS.** Benzoeblumen. ***Fleurs de Benjoin.***

*Synon.:* Flores Benzoini, Acidum benzoicum, Sal acidum vel essentiale Benzoës. Benzoeſäure, weſentliches Benzoeſalz. *Acide benzoique.*

Rec. Benzoës Libram unam; grossiuscule pulveratam aequabiliter sterne in fundo plano sartaginis ferreae rotundae, pollices octo ad novem diametri, unam ad duas altitudinis ementientis. Supra sartaginis orificium chartam bibulam laxioris texturae ita expande, ut ejus margines supra sartaginem externe glutine amylaceo agglutinentur. Supra sartaginem et chartam expansam conum vel cylindrum chartaceum construe, e charta densioris texturae ope glutinis amylacei absque foramine ullo confectum, quem funiculi ope supra sartaginis parietes fortiter alliga. Sartaginem tali modo praeparatam in laminam ferream, arenae strato interspersO, impone et lenem ignem sub lamina incende, quem aequabiliter per horas quatuor ad sex sustenta. Post refrigerium totam suppellectilem summa ad imum inverte, funiculum dissolve, et cylindrum chartaceum aufer, in quo Flores Benzoës reperies. *Vis:* nervina, excitans, resolvens, diaphoretica, pulmones praesertim stimulans

Sint crystalli albae, subpellucidae, splendoris sericei, aciculares vel floccosae, tenerrimae, subflexiles, odoris grati benzoini, saporis dulciusculi, dein acidulo-acris, fauces pungentis. In Aqua frigida parum, fervida valde solubiles, sicuti in Spiritu Vini; igni in cochleari expositae totae in auras avolent vaporibus albis inflammabilibus, sternutationem et tussim excitantibus. *Part. constit.* Carbonei 14, Hydrogenii 10, Oxygenii 3, Aq. 1 Pond. Mixt.

*Usus:* in affectibus pectoris pituitosis, asthmate pituitoso, catarrho suffocativo, incertae sane plerumque efficaciae. Dosis: Grana tria ad sex.

Sint Flores Benzoës ab oleo aethereo balsamico non omnino liberi nec nimis inquinati Secundum nostram methodum vapores benzoini dum chartam bibulam penetrant, ab olei nimia copia depurantur, quae a charta imbibitur, quare illi candidissimi prodeunt. Flores in capitello chartaceo condensati, ne iterum iterumque in resinam liquatam incidant, ab illa charta expansa impediuntur, ideoque sublimationem iteratam atque decompositionem evitant. Tum quoque a calore radiante fundi vasis defensi, facilius in cylindro illo chartaceo condensantur. Haec omnia simplicissimo artificio debentur.

Hoc medicamentum sublimatione parari praecipiunt Pharm. Amer., Amstel., Batav., Dubl., Ferrar., Gall, Genev., Hisp., Lond. (1836), Palat., Parm., Sard., Saxon., Slesv.-Hols., Wirt. — *Usus* hujus medicamenti novissimis temporibus nimio studio depurationis chemicae, qua virtutum magnum detrimentum cepit, imminutus est.

**FLORES BENZOES VIA HUMIDA PARATI**, s. per praecipitationem parati, s. secundum methodum SCHEELIANAM. Niedergeſchlagene Benzoeſäure, auf naſſem Wege bereitete Benzoeblumen. *Fleurs de Benjoin précipitées, Acide benzoique par précipitation.*

Rec. Calcariae ustae Unciam unam, affunde Aquae calidae Uncias quatuor ad sex, ut in lac aequabilissimum dilabatur. Tam adde Benzoës subtilissime pulveratae Uncias quatuor, et Aquae Uncias triginta; mixta coque per horam dimidiam inter assiduam agitationem et cola per linteum. Residuum denuo coque cum Aquae partibus viginti, cola, et denuo coque cum Aquae partibus decem, iterumque cola. Liquores limpidos evaporatione redige ad quartam sui voluminis partem et admisce Acidi muriatici quantum satis, ut saporem leviter acidulum acquirant. Crystallos aciculares post refrigerium concretas pauxillo Aqua adspersa lava; exprime inter chartam bibulam, iterumque solve in quam minima Aquae destillatae fervidae copia. Post refrigerium denuo concretas collige in filtro, sicca calore aëris medio et serva in vasis bene clausis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0454-3
DFG

Sint crystalli aciculares, odoris fere nullius, non adeo nitidae, quam quae sublimatione parantur, quoad caetera similes. E re medica a plurimis jure ejectae.

Methodum, SCHEELIANAM dictam, quam amplexi summus, prae ceteris sine dubio praestantissimam pro factilitate sua atque puritate exhibiti quoque Ph. Ferrar., Gall. (1818), et Polon. secutae sunt. Cum Natro carbonico Acidum benzoicum e resina elici et Acido sulphurico diluto praecipitari proponunt Ph. Batav., Boruss., Dan., Edinb., Hamb., Hann., Hass., Lipp., Oldenb., Ross., Slesv.-Hols. Cineres clavellatos ad eundem usum adhibent Ph. Bavar., Hass. (1806), Suec., Wirt. — Cum Aqua pura Benzoën coqui proponit Disp. Fuld. Ceteras Codicum varietates praetereammus. Adnotatione dignum ex urina herbivorarum bestiarum (Equorum praesertim) Acidum benzoicum posse parari, hac quidem ratione, ut acidum crudum ex urina inspissata cum Acido muriatico praecipitatum, dictum hippuricum (p. 19) et ex Oleo Amygdalarum amararum, Acido hydrocyanico et formicico conflatum coquatur cum Mangano hyperoxydato et Acido sulphurico diluto secundi PELOUZII explorationem.

FLORES BISMUTHI vid. *Magisterium Marcasitae.*

FLORES BORACIS vid. Sal sedativum HOMBERGI.

FLORES CALOMELLIS a GRAYO dicuntur crystalli tenues Calomellis sublimatione in vas amplum obtentae, ab ipso aëre nec parietibus condensatae.

FLORES JOVIALES vid. Cinis Stanni (p. 182).

FLORES MARTIALES vid. Sal Ammoniacum martiatum.

## FLORES SALIS AMMONIACI SIMPLICES. Gereinigter Salmiak. *Sel Ammoniac purifié.*

*Synon.:* Sal Ammoniacum depuratum s. purificatum, Ammonium muriaticum depuratum, Hydrochloretum Ammonii depuratum, Murias Ammoniae purus, Hydrochloras Ammoniacae, Alcali volatile salitum. Salmiakblumen, ſalzſaures Ammonium.

Rec. Salis Ammoniaci sublimati in frustis totis externe bene depuratis et coloris omnino expertibus quantum vis, contunde in mortario marmoreo ope pistilli e ligno sancto (Ligno Guajaci, vulgo Pockholz dicto) confecti, et pulverem per cribrum trajice. Residuum denuo contunde iterumque per cribrum trajice. — *Vis, Usus* et *Part. const.* sicuti in Sale Ammoniaco (I, p. 300).

Sit pulvis albissimus siccus, coloris flavi vel cinerei ne tincturam quidam exhibens; qualitates chemicas vide loco citato.

Si mortarius lapideus non est in promptu, in mortario ferreo vel aheneo quoque Sal Ammoniacum potest in pulverem redigi, quum curam gesseris, mortarium prunis ardentibus injectis antea bene calefieri atque siccari, quod si neglectum fuerit, pulvis post tempus aliquot facile cinerascit. Sal Ammoniacum, si in crustis densis fibroso-crystallinis, sublimatione ipsa obtentis obvenit, atque coloris est expers, tali modo genuitatis atque bonitatis testimonium prae se fert, ut depurationis studium inane atque ridendum appareat. Non *enim depurandi sed inquinandi occasiones multifariae adsunt,* ex *cineribus* et *pulvere* in laboratoriis *chemicis circumvolantibus,* ex impuritate filtrorum, vasorum et temporis diuturnitate, quod hac operatione consumitur. Corpora enim Aqua non solubilia in Sale Ammoniaco sublimato adesse nequeunt, solubilia solutione non secernuntur; cui ergo bono solutio, atque crystallisatio? At solutione facillime Sal Ammoniacum in pulverem albissimum subtilissimum redigitur. Hoc si spectas, nec crystallorum concretionem, tali modo est operandum ut habeantur

### FLORES SALIS AMMONIACI VIA HUMIDA PARATI.

Rec. Salis Ammoniaci sublimati genuini, depuratione non egentis, Libram unam, charta supposita mallei ope in frustula minora contunde, quibus in patinam porcellaneam ingestis affunde Aquae destillatae Libras duas. Igni imposita calefiant, donec Sal omnino solutum sit, tum porro leni igne atque inter assiduam agitationem, ne pultis mollis portiunculae extra patinam ejiciantur, ad pulveris humidiusculi facile conglobandi formam redige, quem penitus in furno exsiccatorio siccatum, pistillo ope in pulverem subtilissimum contere.

FLORES SALIS AMMONIACI HAEMATISATI, s martiales vid. Sal Ammoniacum martiatum.

FLORES SALIS AMMONIACI VOLATILES vid. Sal Alcali volatile siccum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0455-9

FLORES SULPHURIS COMPOSITI, s. Pulvis Sulphuris compositus (Ph. Hann.), Species Hierae-picrae quibusdam. Zuſammengeſetzte Schwefelblumen.

Rec. Florum Sulphuris lotorum Unc. duas, Aloës, Myrrhae āā Unc. unam, Croci Scrup. unum; m. — *Vis:* purgans, digestiva. *Usus:* in cardialgia, obstructione alvi. — Ph. Dan. (1772), Hann. et Disp. Brunsv. receperunt.

## FLORES SULPHURIS LOTI. Gereinigte Schwefelblumen. *Fleurs de Soufre lavées.*

*Synon.:* Sulphur depuratum lotum. Gewaſchener Schwefel.

Flores Sulphuris venales primum cum octava circiter sui ponderis parte Aquae communis in pultem mollem aequabiliter humectatam conterantur, tum majore copia Aquae communis in vasis capacibus bene agitati repetite abluantur, donec ab acido adhaerente perfecte liberati sint; Aqua denique quantum fieri potest defusa, colligantur in manica lintea vel in linteo expanso, et quum Aqua bene guttatim emanaverit, in prelo fortiter exprimantur, siccentur optime, et per cribrum trajecti in vase bene obturato serventur.

Sit pulvis dilutioris coloris quam Sulphur depuratum non lotum, et acidi omnino expers, quod charta coerulea tincta exploratur. De qualitatibus chemicis confer I, p. 343.

*Vis:* incidens, resolvens, laxans, diaphoretica.

*Usus:* In affectionibus catarrhalibus, rheumaticis, arthriticis, haemorrhoidibus; contra scabiem externe

Flores Sulphuris loti optime siccentur, ne iterum aëris contactu acescant. Aquam fervidam adhibere supervacaneum est, quum frigida sufficit.

## FLORES ZINCI. Zinkblumen. *Fleurs de Zinc.*

*Synon.:* Nihilum album, Lana philosophica, Pompholyx, Luna fixata, Zincum calcinatum, Zincum oxydatum album, Oxydum Zinci per se, Oxydum Zincicum, Magisterium Zinci ustum, Calx Zinci, Oxodes Zinci album, Zincum oxydatum via sicca s. per calcinationem paratum. Zinkoxyd, Zinkoxyd auf trocknem Wege. *Oxyde de Zinc, Magistère de Zinc.*

Rec. Zinci purioris, in frustula Unciam dimidiam vel integram aequantia comminuti, quantum vis.

Immitte nonnulla frustula in crucibulum Hassiacum satis amplum atque altum et nonnihil in latus inclinatum, inter carbones candentes positum, et ignem urge donec metallum fluat, tandem in flammam smaragdinam erumpat, et in floccos albos fugaces convertatur; tum imponatur crucibulum alterum inversum, cavendo, ne aëris atmosphaerici accessus omnino eo praecludatur. Si flamma extincta fuerit, crucibulum superius aufer, atque ope cochlearis ferrei Flores Zinci metallo fuso innatantes absterge, quo facto metallum iterum flammam corripiet, et nova Oxydi copia combustione extricabitur. Haec operatio, frustulis Zinci interdum in crucibulum conjectis, repetatur atque producatur, donec, Zinco ex toto in crucibulo consumto, justa moles praeparati obtenta fuerit.

Oxydum impurum tali modo praeparatum in mortario porcellaneo cum Aqua pura teratur, et levissima pars, quae ab Aqua mox mota suspensa tenetur, effundendo in vas alterum separetur. Residuum iterum teratur, neque tamen as-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0456-5 DFG

sidue atque fortiter, ne Zinci metallici particulae elutriatione abripiantur. Liquores turbidos per cribrum setaceum trajice, sedimentum in filtro collige, et, Aqua eguttata, calore artefacto celeriter exsicca, ne Gas carbonicum ex aëre colligatur. In pulverem subtilissimum contritum servetur in lagenulis vitreis omnino repletis et optime clausis.

*Vis:* antispasmodica, anthelminthica, externe exsiccans, roborans.

Sit pulvis albus, levissimus, inodorus, insipidus, in aqua insolubilis. Excandefactus flavescat, denuo refrigeratus iterum albescat. In Acido sulphurico, muriatico, nitrico, cet. absque effervescentia solvatur. Affuso Liquore *Salis Ammoniaci caustico* praecipitatum album efficiatur, quod liquore excedente addito iterum solvatur. A Cadmio atque Plumbo sit omnino liber, quae metalla in solutione muriatica ope Gas hydrothionici explorantur. Oxydum in crucibulo primum prolectum interdum colorem flavescentem rubellum induit; hoc rejiciatur, donec novae copiae (frigefactae) candidae appareant. Si nimis diu atque in vitris prave munitis asservatum fuerit, suspicio habenda erit, adulterium acidi carbonici adesse. Hoc effervescentia cum acidis investigatur, atque excandescentia in crucibulo bene clauso corrigitur.

Omnes Pharmacopoeae hoc Oxydum via sicca paratum receperunt, exceptis paucis voce insequente enumerandis. Argumentum hac de re gravissimum afferri potest, quod facillime praeparatum aequabile et satis purum, idque usu diuturno spectatum atque probatum obtinetur; quum vero per praecipitationem parandi indoles mirum pro methodorum diversitate discrepet. In hoc (via humida) parando multifarii adulterii periculum subeundum est, et praeparati virtus pendet ex sollertia atque consuetudine pharmacopoei, quod quidem ubique maximum methodi ipsius vituperium esse constat.

**FLORES ZINCI VIA HUMIDA PARATI**, Magisterium Zinci; de ceteris Synonymis vide vocem antecedentem. Zinkoxyd auf naſſem Wege, durch Fällung bereitetes Zinkoxyd. *Oxide de Zinc par précipitation.*

Rec. Salis Sodae crystallisati (Natri carbonici cryst.) Libram unam, solve in Aquae destillatae Libris sex. Solutio in patina porcellanea (vel argentea) calefiat ad ebullitionem. Tum seorsum recipe Vitrioli Zinci puri crystallisati (vide hanc vocem) Libram unam, solve in Aquae Libris tribus In mediam solutionem Salis Sodae bullientem inter assiduam agitationem per vives instilla portiunculas Solutionis Vitrioli Zinci, interdum instillare desinens, donec praecipitatum primum tumidum atque floccosum coctione in pulverem aequabilem dilapsum sit. Tali modo perge, donec charta Lacmus exploratoria rubefacta a liquore fervido non amplius in coeruleum vertatur. Miscelam turbidam in filtrum conjice, et sedimentum aqua destillata (fervida, si adest) optime lava, quamdiu liquor per filtrum transgressus a Sale quovis barytico turbatur. Sedimentum optime elotum siccetur, et in crucibulo *Hassiaco novo, bene tegendo, inter prunas ardentes lenissima rubedine uratur, donec* pulveris portiuncula e medio crucibulo exemta, cum acido muriatico mixta effervescentiam non amplius cieat. Servetur in vasis vitreis optime clausis. — *Vis* et *Usus* sicut in praecedente.

Sit pulvis albus, coloris laete citrini non nisi levissimam tincturam, coloris vero latericii rubiginosi ne minimum quidem vestigium exhibens, cum acidis mixtus effervescentiam non excitet, sed celeriter ex toto solvatur; solutio in acido muriatico cum Baryta muriatica mixta acidi sulphurici vestigia nulla (vel saltem minima) monstret.

Oxydum vehementer excandefactum tardius ab acidis dissolvitur, eoque vim salutarem difficilius exercere jure creditur. Vitriolum Zinci nisi strictissime purum a Ferro adhibebis, oleum et operam perdes. Huic ergo parando stude, antequam Floribus Zinci praecipitandis accingaris. Zinci sulphurici crystallisati atque Salis Sodae crystallisati exactissime paria pondera decomponuntur; quum amborum pondera mixtionis, fortuito quodam casu uti videtur, sunt aequalia. Sal Tartari in praecipitatione evitandum, cum sedimento scilicet connubium quaerens, quod Aqua pura non iterum dissolvitur. Scriptores hac de re in duas scinduntur partes, quarum altera Vitriolum in solutione frigida praecipitari volunt, altera in fervida. Experientia compertum habeo, praecipitationem fervidam, qualem supra descripsi, multo esse anteponendam. Sedimentum enim fa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0457-1

cilius abluitur, spatio minore colligitur, citius siccatur atque ignitur.

Tum quoque, a quibusdam dissentiens, at experientia fultus, affirmare audeo, Flores Zinci ad nostram methodum paratos, neque puritate, neque albedine, neque laxitudine atque teneritate ab aliis superari. Eam ergo methodum, longa dubitatione hinc inde jactatus, anteponendam censui, quae praeparatum optimum largiretur, simulque citissime, tutissime atque facillime esset exercenda.

Ex Zinco muriatico quoque Flores Zinci praecipitari possunt. Hoc vero posthabui, quum Zincum muriaticum non crystallisationis vi mirifica depurari, nec Calcaria, qua Oxydum Ferri optime ejicitur, possit excerni.

In solutione Zincica ope Gas Chlori depuranda inquinatio *manganica cautissime est evitanda. Particulae scilicet solutionis* manganicae saepius cum Gas Chlori in solutionem Zinci transducuntur. Quod si factum fuerit, solutio Zinci plane est rejicienda, quippe quae nullo modo a Mangano libera iterum posset prodire. Hoc incommodum cauta operatione, et longis tubis vitreis evitatur.

**Ph. Bor.** ed. 5., **Hamb.** (1835) ex Vitriolo Zinci cum Sale Sodae praecipitari suadent, **Ph. Saxon.** (1837) non bene ex Zinco nitrico cum Ammoniaco carbonico. Praeparati virtus atque probitas nimis pendet ex sollertia atque peritia laborantis, quare plurimorum Codicum scriptores plus aegrotorum securitati, quam pharmacopoearum experientiae tribuendum esse censuerunt.

FLOS LACTIS CONGELATUS. Eismilch.

Rec. Lactis Libr. tres, coque et concute rudicula simulac refrigescit cum vitellis ovorum decem addendo Flavedinem Corticum Citri cum Saccharo tritam et Cinnamomum pro lubitu, et Sacchari Unc. tres. Coque. Crassamentum coletur per cribrum setaceum et refrigescat in patina sinensi. Dein id immitte pyxidi, cui glacies est circumdata. Laudatur hydrogela pro potu antiphlogistico in morbis acutis.

**FOMENTATIO, Fomentum, Fotus.** Bähung, Fomentation. *Fomentation.* Dicitur a fovere, medicamentum liquidum variae indolis, plerumque calidum adhibendum, tum quoque improprie frigidum applicatur. Fomentationes plerumque sunt decoctiones, infusiones, solutiones acetosae, salinae, alcalinae a cataplasmatibus consistentia molliore vel eo distinctae, quod non nisi liquor colatus, speciebus rejectis, in usum vocetur. Applicantur externe telo gossypino vel linteo imbibitae, vel spongia molli susceptae. Siccae nominantur, si species in sacculis calefactae imponuntur, rectius cataplasmata sicca appellandae.

FOMENTATIO CUM ACETO Ph. Gall.

Rec. Aceti Unc. octo, Aquae Unc. triginta duas. M.

FOMENTATIO ACETOSA CAMPHORATA vid. Acetum camphoratum (p. 5).

FOMENTATIO ACIDI PHOSPHORICI sec. Augustin.

Rec. Acidi phosphorici Unc. unam, Decoct. Flor. Chamom. Unc. octo.

FOMENTATIO CUM ACIDO PYROLIGNOSO Richard.

Rec. Acidi pyrolignosi opt. Unc. duas, Aq. dest. q. s. (e. gr. Libr. unam.)

FOMENTATIO ADSTRINGENS. Zuſammenziehende Bähung. *Fomentation adstringente.*

Brera: Rec. Decoct. Cort. Granat. Libr. quatuor, Decoct. Cort. Chinae Libr. duas, Vitrioli albi Drachm. semis, Tinct. Opii Unc. unam. — Cadet: Rec. *Aluminis Drachm.* sex, Spir. Vini rect. Unc. unam et semis, Decoct. Chinae, — Cort. Granat., — Quercus āā Libr. unam. — Plenck: Rec. Aq. Calcis Libr. duas, Sacch. Saturni Drachm. duas. — Ratier: Rec. Cort Granat., Rad. Bistortae āā Unc. duas, Vini rubri Libr. unam, coque et adde colat Salis Ammon. Drachm. duas. — Swediaur: Rec. Gallar. Unc. semis ad unam, Aq. fervid. Libr. duas, digere per horam, cola. — Idem: Rec. Fol. Plantaginis Manip. duos, *Petal.* Rosar. rubr. Pugill. unum, Aquae Libr. duas, coque ad remanent Unc. sedecim, sub finem adde Calcariae vivae volumen Ovi gallinacei; post subsidentiam decantha et adde Aq. Vitae Unc. quatuor.

FOMENTATIO ALUMINOSA Wollkopf.

Rec. Alumin. Unc. semis, Aq. comm. vel Aceti Unc. tres.

FOMENTATIO AMARICANS Fulleri; Fomentatio anthelminthica Ph. Palat.

Rec. Rad. Aristoloch. rect Unc. unam, Hb. Absinth., — Abrotani, — Tanaceti, — Sabinae Unc. semis, Rad. Hellebori Drachm. duas, Pulp. Colocynth., Aloës āā Drachm. unam. Decoque cum Aq. Libr. tribus ad duas, cola. Abdomini imponitur contra vermes.

FOMENTATIO AMMONIACALIS CAMPHORATA sec. Augustin.

Rec. Liquoris Ammonii carbonici Unc. semis, Spir. Vini camphor. Unc. unam et semis.

FOMENTATIO ANODYNA. Schmerzſtillende Bähung.

**Ph. Palat** Rec. Capit. Papav. conc., Sem. Anethi āā Unc. duas, Hb. Hyoscyami, — Cynogloss., — Solani, Flor. Chamomill. āā Unc. unam, coque cum Aq Libr. sex ad quatuor, cola. — **Ph. Hispan.** nomine DECOCTI VERBASCI ANODYNI: Rec. Hb. Verbasci, — Malvae āā Unc. unam et semis, Sem. Lini Unc. duas, Capit. Papav. alb. Drachm. unam, coque cum Aq. comm. Libr. quatuor per horae quadrantem. — Berends: Rec. Hb. Cicut., — Hyosc. āā Unc. quatuor, infunde

Aq. ferv. q. s. ad colat. Libr. duarum, in colatura solve Sapon. domest. Unc. duas. — SAUNDER: Rec. Capit. Papav. Unc. duas, Aq. commun. Libr. duas, coque ad Libr. unius colaturam, cui adde Aceti Unc. unam.

FOMENTATIO ANTHELMINTHICA.
Ph. Palat. congruit cum Fomentatione amaricante FULLERI.

FOMENTATIO ANTICHOLERICA Ph. antich. WILHELMI.
Rec. Sem. Anisi, — Cumini, — Foenic. aa Unc. unam, infunde in vase clauso Aq. fervid. Unc. octo, adde Spir. camphorat Unc. duas. — Vel: Spir. camphor. Unc. tres, Aceti Unc. unam. — Vel: Flor. Chamom. Rom., Rad. Calam. arom. aa Unc. duas, inf. Aq. ferv. Unc. octo, colat. adde Spir. Vini rect. Unc. duas. — Vel: Hb. Menth. pip. (s. Meliss.) Unc. duas, inf. Aq. ferv. Unc. decem, colat. adde Spir. camphor. Unc. unam ad duas.

FOMENTATIO ANTIHAEMORRHOIDALIS.
Ph. Palat. Rec. Hb. Millefol., — Plantagin., — Verbasci, Flor. Sambuc.; aa Unc. duas, Cort. Granat. Unc. unam, coque cum Aq. comm., Vini rubri aa Libras tribus ad tertiae partis consumtionem, in col. solve Aluminis Unc. semis, Sacch. Saturni Drachm. duas. Vel: Radic. Ceparum Unc. duas, Sem. Lini Unc. unam, Hb. *Hyoscyami*, — *Linariae*, — Millefolii, — Verbasci aa Unc. unam, coq. cum Aq. comm. Libr. sex ad quatuor, col. adde Opii Drachm. duas. — PIERQUIN: Rec. Hb. Malvae, — Verbasci aa Unc. unam et semis, coque cum Aq. comm. Libr. tribus, cola.

FOMENTATIO ANTIPHLOGISTICA.
Ph. Hass. (1806) Rec. Sapon Ven. Unc. tres, Aq. Calcis Libr. duas, Spir. Vini Unc. quinque, Trochisc. albor. RHAZIS Unc. semis. — Ph. Hamb. paup. (1804): Sal. Ammon. Unc. semis, — comm. Unc. unam, Aq. font. Unc. decem, Aceti Vini Unc. quatuor, m.

*FOMENTATIO ANTIPLEURITICA*, s. Species pro Fotu laterali Ph. Palat.
Rec. Rad. Althaeae, Capit. Papav. aa Unc. duas, Sem. Lini, — Foenugraeci, — Cumini aa Unc. unam, Hb. Malvae, — Matricar. aa Manip. tres, Flor. Chamom. Manip. duos, coq. cum Lact. vaccini Libr. octo ad dimidium, cola.

FOMENTATIO ANTISEPTICA. Fäulniß-widrige Bähung.
Disp. Fuld.: Rec. Cort. Querc. Unc. duas, coque in Aceti Vini Libr. tribus, sub finem coctionis adde Hb. Rutae, — Scordii aa Drachm. tres, Sal. Ammon. Unc. semis, Col. Libr. duarum. — Ph. paup. Hamb. prope congruit. — Ph. Dan. milit.: Cort. Querc. Unc. unam, Hb. Absinth. Unc. duas, Aq. comm. Libr. tres, coque ad Unc. viginti colaturam, cui adde Aceti Unc. quatuor.

FOMENTATIO AROMATICA. Gewürzhafte Bähung.
SAUNDER: Rec. Caryophyll., Macid. aa Drachm. unam, Vini rubr. Libr. unam, semel ebulliant, tum colentur. — SAUNDER, SWEDIAUR: Rec. Fol. Absinth., — Lauri, — Rorismar. aa Unc. decem, coq. c. Aq. commun. Libr. decem ad octo colaturam. — AUGUSTIN: Hb. Rorismar. Unc. semis, Vini rubr., Aq. comm. aa Unc. tres, infunde exprime; ejusdem. Hb. Scordii, Flor. Chamomill. aa Unc. unam, Aq. ferv. Libr. tres, coque parum, colat. adde Spir. camphor. Unc. quatuor.

FOMENTATIO AROMATICA CAMPHORATA RICHARD.
Rec. Vini aromat. Unc. octo, Spir. Camphor. Unc. unam. M.

FOMENTATIO AROMATICA VINOSA Ph. Nosoc. Argent.
Rec. Vini aromatici Libr. una propinatur.

FOMENTATIO ARTHRITICA BATE.
Rec. Hb. Salv., — Rorismar., — Chamom., — Artemis., — Hyperic., — Absinth. aa Unc. tres, Salis nigri (i. e. commun.) Manip. tres, coq. c. Aq. commun. Libr. quatuor ad tres, cola.

FOMENTATIO AD ARTICULORUM DOLORES FULLERI.
Rec. Ol. Vitrioli rect, Spir. Vini rect. aa par pondus.

FOMENTATIO BELLADONNAE AMMONIATA s. resolvens sec. AUGUSTIN.
*Rec. Sal. Alcali volat sicc.* Unc. semis, Aceti *Belladonnae* q. s. ad saturationem, Aq comm. Unc. quinque.

FOMENTATIO BRÜNNINGHAUSENI sec. NIEMANN.
Rec. Lapid. caust. fusi Unc. unam, Aq. comm. Libr. quatuor.

FOMENTATIO EX BRYONIA vid. Decoctum Bryoniae (p. 223).

FOMENTATIO CALCAREA CUM MYRRHA s. adstringens sec. AUGUSTIN.
Rec. Calcis vivae Drachm. duas, Myrrhae Unc. unam, Aq ferv. Libr. unam, digere per aliquot dies et cola.

FOMENTATIONES CALIDAE EXTERNAE.
Sacculus Floribus Chamomill. repletus cum Spiritu Vini rectificatissimo leviter irroratus, igni ad motus incendatur; igni iterum suffocatione extincto abdomini applicetur.

FOMENTATIO CAMPHORATA AUGUSTIN.
Rec. Camphor. Unc. semis, Aceti radicalis Unc. duas, Aceti Vini Unc. decem.

FOMENTATIO CARMINATIVA, s. Decoctum fructuum Juniperi carminativum Ph. Hisp.
Rec. Bacc. Juniperi, Sem. Anisi, Sal. Ammon. aa Unc. unam, Flor. Chamom. Unc. duas, coque cum Aq. comm. Libr. quatuor, colat. adde Spir. Vini rectificatiss. Libr. unam.

FOMENTATIO CEPHALICA VOGLERI Weilb.
Rec. Aq. comm. Unc. viginti, Sal. Ammon. Drachm. tres, Acet. Vini Unc. duas; vel: Aq. comm. Unc. viginti, Nitri Unc. semis, m.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0459-5 DFG

FOMENTATIO CICUTAE Gray
Hb. Cicut. recent. Unc. sex, Aq. comm. Libr. duas; — vel: Hb. Cicut. sicc. Unc. tres, Aq. Libr. duas.

FOMENTATIO CONTRA COLICAM Ph. Palat.
Rec. Flor. Chamom. Unc. duas, Bacc. Junip., — Lauri āā Unc. unam, Sal. Ammon. crudi Unc. semis, coque cum Aq. comm. Libr. sex ad quatuor, sub finem addendo Sem. Foenic. — Carvi, — Cumini, — Anisi āā Unc. semis, colat. adde Spir. Vini simpl. Libr. unam.

FOMENTATIO COMMUNIS, s. discutiens, s. resolvens. Gemeine oder vertheilhafte Bähung. *Fomentation ordinaire.*
Ph. Bor. castr.: Aceti Libr. duas, Spir. Vini simpl. Libr. unam. — Ph. Hamb. paup.: Aceti, Spir. Vini camphor. āā par pondus. — Ph. Dan. milit.: Aceti, Spir. Vini simpl. āā Libr. unam, Mell. crudi Unc. duas. — Ph. Hass. (1806): Mell. Libr. unam, Aq. commun. Libr. duas, Aceti et Spir. Vini simpl. āā Libr. quatuor; digere per duos dies. — Disp. Fuld.: Salis Ammon. Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam, Spir. Vini rect. Unc. duas, Aceti Saturni Drachm. duas — Ph. Ruth. castr. dicta TEPIDA: Vesica bubula aqua tepida repleta imponitur; ejusdem Pharmacopoeae dicta COMMUNIS CUM MURIATE AMMONIAE. Rec. Spir. Vini rect. Unc. sex, Acidi Acetici diluti Libr. unam, Sal. Ammon. Drachm. duas; vel: Aq. comm. Libr. duas, Aceti, Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Sal. Ammon. Unc. semis — Swediaur: Rec. Sal Ammon. Unc. unam, Spir. Rorismar. Libr. unam — ejusdem: Flor. Chamom., Rad. Bryoniae āā Unc. unam, Hb. Malv. Unc. semis, Aq. comm. Libr. quatuor, coq., cola.

FOMENTATIO AD CONTUSIONES.
Rec. Sal. comm. Unc. duas, solve in Aq. commun. Unc. sex, adde Aceti, Spir. Vini simpl. āā Unc. tres

FOMENTATIO CORT. QUERCUS vid. Fomentatio adstringens (p. 1, 369) et quercina.

FOMENTATIO DETERGENS s. detersiva. Vertheilende, austrocknende Bähung.
Beera, Ellis: Rec. Rad. Aristoloch. rot. et long, — Ireos Flor. āā Unc. semis, Opopanac., Sagapeni āā Drachm. duas, Cort. Ligni Guajaci Scrup. quatuor, Caryophyll. arom. Drachm. duas, Camphor. Drachm. sex, Spir. Vini rect. Libr. unam; infunde per horas 24 et cola.

FOMENTATIO DISCUTIENS vid. Fomentatio communis.

FOMENTATIO DIURETICA. Harntreibende Bähung.
Ph. Palat.: Rec. Rad. Apii Unc. quatuor, — Foenic., Sem. Lini āā Unc. duas, Hb. Parietariae, — Malvae, — Persicariae, Flor. Chamomill. āā Unc. unam, coque c. Aq. commun. Libr. sex ad quatuor, adde Salis Ammon. crud. Unc. semis, Sapon. vulg. Unc. unam et semis.

FOMENTATIO EMMENAGOGA. Reinigung befördernde Bähung.
Ph. Palat: Rec. Rad. Bryon. alb. Unc. quatuor, — Aristol. rot. Unc. duas, — Zedoar, Bacc. Lauri āā Unc. unam, Hb. Matricar., — Artemis, — Sabin., Flor. Chamom. āā Unc. unam, coque cum Aq. comm. Libr. octo ad Libr. quinque; colaturae adde Spir. Vini simpl. Libr. unam.

FOMENTATIO EMOLLIENS. Erweichende Bähung. *Fomentation emolliente.*
Ph. Gall. (1837): Rec. Spec. emoll. Unc. unam, coque cum s. q. Aq. comm. ad colat. Libr. duarum — Richard: Rec. Decoct. Rad. Althaeae, — Flor. Malv., — Sem. Lini āā Part. aequal. — Ratier: Sem. Lini Drachm. duas, Hb. Malv. Unc. duas, Aq. commun. Libr. duas, coq., cola. — Ph. Herbip.: Fol. Althaeae, — Malv., — Meliloti, Rad. Althaeae, Sem. Lini āā part. aequales, coque c. s. q. Aq. comm., cola. — Pierquin: Rad. Althaeae, — Patientiae, Fol. Borag., — Malvae, — Violar, — Lactuc. āā Unc. unam, Flor. Chamomil., — Melilot. āā Pugill. duos, Aq. comm. q. s., coque, et Libr. tribus colaturae adde Aceti Vini Unc. tres.

FOMENTATIO AD ERYSIPELAS sec. Spielmann.
Rec. Flor. Samb. Unc. semis, infunde per noctem Aq. comm. Unc. sedecim, colaturae adde Spir. camphor. Unc. unam, Sacchari Saturni Drachm. unam.

FOMENTATIO EXCITANS.
Hosp. St. Ludov.: Rec. Fol. Nicotianae Unc. duas, coq. c. Aq. comm. Unc. sedecim, cola — Ratier: Cremor. Tartari solub. Unc. unam, Aq. Libr. unam. Ratier: Vini Salviae Unc. sedecim, Spir. Vini camph. Unc. octo.

FOMENTATIO FRIGIDA Schmuckeri, s. Fotus refrigerans, Mixtura frigorifica. Schmucker's kalte Bähung.
Rec. Salis Ammoniaci pulv., Nitri pulv. āā Unc. semis, Aq. comm. Libr. duas, Aceti Vini Libr. semis; liquores et pulveres commixti seorsum dispensentur et misceantur ex tempore. In signatura animadvertendum est, pulverem cum fluido non prius commiscendum esse, quam in usum vocetur. — *Vis:* refrigerans, antiphlogistica. — *Usus:* externe, ad repellendas congestiones sanguinis, tam interna quam externa vi excitatas.

Pharmacopoearum atque Auctorum varietates indicare operae pretium non est. FOMENTATIO FRIGIDA Richteri haec est: Nitri crudi Unc. tres, Sal Ammon. Unc. unam, Sal. commun. Unc. quinque; ruditer contusa dentur et ante usum cum Aqua misceantur. — Kloedius proponit Acet. Vini Drachm. tres, Spir. Vini Drachm. duas, Sal. Ammon. Drachm. unam. — Sundelinus: Nitri, Sal. Ammon. āā Unc. unam, Sal. commun. Unc. quinque; dispensentur ruditer contusa mixta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0460-6

Walberus: Sal. Ammon. Part. quatuordecim, Nitri Part. decem, Sal. mirab. Glaub. Part. sedecim, Aq. comm. Part. triginta (cf. Foment. refrigerans).

FOMENTATIO AD GANGRAENAM, s. antiseptica.

Ph. Palat.: Rec. Hb. Absinth., — Millefol. āā Drachm sex, — Hyssopi, — Rutae, — Salviae, — Scordii, Flor. Hyperic., — Sambuci āā Unc. semis, Rosar. Unc. unam, Aloës, Asae foetid. āā Unc. semis, Lithargyri Unc. sex, Myrrhae Drachm. sex. Decoctum paratur cum Aqua l. a. — Cadet, Spielmann: Chinae contusae Unc. unam, Aq. comm. Libr. quatuor, decoctis ad Unc. triginta duarum remanentiam adde Flor. Chamomill. Rom., — Tanaceti āā Unc. semis, post aliquot ebullitiones cola et adde Spir. camph. Unc. duas, Acidi Salis Unc. unam.

FOMENTATIO Heisteri CONTRA HYGROMA PATELLAE.

Rec. Lithargyri Unc. sex, Boli Armen. Drachm. unam, Mastich., Myrrh. āā Unc. semis, Acet. Vini Libr. unam, coque per horae quadrantem et cola.

FOMENTATIO Herrmanni.

Rec. Hb. et Flor. Malv. Unc. duas, coque ex Aq. comm. Libr. tribus ad colat. Libr. duarum, adde *Acet. Saturni Unc. semis.*

FOMENTATIO CONTRA HYDROCELEM.

Rec. Spir. Mindereri, Liquor. digestiv. āā Unc. quatuor.

FOMENTATIO AD HYGROMA PATELLAE vid. Fom. Heisteri.

FOMENTATIO INCITANS Ph. Hisp. 1798.

Rec. Spir. camph. Unc. tres, Aceti Unc. unam.

FOMENTATIO AD INFLAMMATIONES Fulleri.

Rec. Rad. Althaeae, — Lilior. alb. āā Unc. unam et semis, Hb. Malv., — Verbasci, — Hyoscyami, Flor. Sambuc., — Chamomill., — Melilot. āā Unc. semis, Sem Lini, — Foenugraeci āā Drachm. sex, denique in Aq. commun. Libr. sex ad colat. Libr. quatuor.

FOMENTATIO LAXANS ET ANTISPASMODICA.

Bories: Flor. Chamom., — Melilot. āā Unc. semis, Bacc. Lauri, Sem. Carvi āā Unc. unam, Lactis vaccini q. s. ut post decoctionem horae quadrantis Libr. tres obtineantur, quibus adde Sapon. Venet. Unc. unam et semis, Croci Drachm. duas.

FOMENTATIO LENIENS. Lindernde Bähung.

Pierquin: Opii concisi Unc. unam, Vini rubri vel albi Unc. octo, coque ad Unc. quatuor remanentiam; alia formula ejusdem: Sacch. Saturni Drachm. semis, Nitri Drachm. sex, Conservae Cynorrhodi Unc. duas, Syr. Capill. Ven. q. s. — Niemann: Tinct. Opii Part. unam, Ol. Succini rect. Part. duas. — Richard: Rad. Althaeae, Fol. Solani nigri āā Unc. duas, Caput Papav. unum; fiat decoctio.

FOMENTATIO MALVAE.

Fol. Malvae Unc. unam, Aq. fervent. Libr. unam.

FOMENTATIO NARCOTICA.

Ph. Gall. (1837): Rec. Specier. narcotic. (in Pharm. ipsa non obveniunt) Unc. unam, Aq ferv. Libr. duas, infunde cola. — Rec. Extr. Opii Drachm. duas ad quatuor, Aq. calidae Libr. unam. — Richard: Fol. Solani nigr. sicc. Unc. duas, Capit. Papav. N°. quatuor, Aq. comm. Libr. duas.

FOMENTATIO NITRICA ACIDA.

Augustin: Rec. Acidi nitrici Drachm. unam, Aq. dest. Libr. unam; pro corrigendo foedore ulcerum cancrosorum.

FOMENTATIO AD PUSTULAS IN CUTE FOVENDAS Brera.

Rec. Aq. dest. Unc. octo, Acidi Salis Unc. tres, Acidi nitrici Unc duas; m.

FOMENTATIO QUERCINA s. adstringens.

Ph. Nosoc. Argent.: Rec. Cort. Quercus cont. Unc. semis, coq. c. Aq. commun. q. s. ad colatur. Libr. unius. — Ph. Gall. milit.: Rec. Cort. Querc. Unc. unam, coq. c. s. q. Aq. comm. ad Colat. Unc. sedecim.

*FOMENTATIO QUERCINO-ALUMINOSA Ph. Nosoc. Argent.*

Rec. Decoct. cort. Quercus Libr. unam, Aluminis crudi Drachm. unam.

FOMENTATIO REFRIGERANS. Kühlende Bähung.

Brera: Aceti Libr. unam, Sal. Ammon. Unc. unam. — Disp. Lipp.: Aceti Unc. unam, Sal. Ammon. Scrup. duos, Aq. comm. Libr. unam. — Swediaur: Aq. comm. Libr. duas, Aceti, Spir. Vini rect. āā Libr. unam, Ammon. mur. Drachm. sex ad octo. — Augustin: Aceti, Spir. Vini rect. āā Unc. quatuor, Sal. Ammon. Unc. unam. — Ph. paup. Hamb.: Aq. vegeto-mineralis Goulardi Libr. unam et semis, Spir. Vini rect. Unc. tres. — Disp. Fuld. Rec. Aq. vegeto-mineral. Libr. duas, Spir. Vini Unc. tres, Spir. Vitrioli Unc. unam (inepte). — Vogt: Aq. vegeto-mineral., Spir. Mindereri āā par. pond. (Ejusdem prope indolis atque usus Fomentationes frigidae, communes, resolventes.

FOMENTATIO RESOLVENS. Auflösende Bähung.

Disp. Fuld., Lipp., Hamb. paup. Balsami Vitae externi Unc. semis, Aq. comm. Libr. unam. — Ph. Dan. mil.: Specier. resolvent. Unc. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim. — Richard: Infusi Flor. Sambuci Unc. octo, Acet. Saturni Drachm. semis. — Ratier: Infus. Flor. Sambuci Libr. unam, Spir. camphor. Unc. octo. — Spielmann: Flor. Sambuci Unc. semis, Aq. fervid. Unc. sedecim, f. infusio colaturae adde Spir. camphor. Unc. unam, Aceti Saturni Drachm. unam. — Hospitii Maternitatis: Flor. Meliloti, — Sambuci āā Drachm. duas, Hb. Menth., —

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0461-2
DFG

Salviae āā Drachm. unam, infunde Aq. ferv. Libr. duas, colaturae adde Spir. Vini rect. Unc. tres. — FERRARINI: Infus. Flor. Sambuc., Aceti āā Libr. unam et semis, Sal. Ammon. Drachm. duas. — CADET: Spir. MINDERERI Unc. quatuor, Spir. Vini rect., Aq. comm. āā Unc. quatuor; vel: Salis commun. Unc. unam, Spirit. Rorismarin. Libr. unam; vel: Cinerum. clavellat., Sapon. Venet. āā Unc. unam, Aq. Sambuc. Libr. duas, Salis Ammon. Drachm. duas. — Ph. Nosoc. Argentin.: Flor. Sambuc., — Chamom. āā Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam.

FOMENTATIO RICHTERI vid. Fomentatio frigida SCHMUCKERI.

FOMENTATIO ROBORANS, s. adstringens, s. Cort. Quercus, quas confer. Stärkende Bähung.

AUGUSTIN: Rec. Cort. Quercus Unc. semis, coque cum Aq. comm. Libr. tribus ad dimidium, sub finem adde Flor. Chamom. Unc. unam, colaturae adde Aceti Unc. quatuor. Ejusdem: Summit. Millefol. Unc. unam, Rad. Caryophyll. Cort. Querc. āā Unc. semis, coq. cum Aq. Calcariae Libr. duabus ad dimidium, col. adde Spir. Vini Unc. tres. — RATIER: Rad. Pentaphyll. maj. Unc. unam, Cort. Querc., Flor. Rosar. rubr. āā Drachm. sex, Aq. comm. Libr. unam, coq., cola.

FOMENTATIO RUSTII.

Rec. Ferri acetici Unc. semis, Aq. comm. Unc. octo.

FOMENTATIO CUM SAMBUCO. Fliederblumenbähung. *Fomentation de Fleurs de Sureau.*

Ph. Gall.: Rec. Flor. Sambuci Drachm. duas et semis, Aq. fervid. Libr. duas, infunde, cola.

FOMENTATIO SAPONACEA vid. Spiritus saponatus.

FOMENTATIO SAPONIS AMMONIATA.

Ph. Ruthena castr.: Rec. Spir. Saponat., Spir. MINDERERI āā Unc. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Unc. semis.

FOMENTATIO SATURNINA.

Ph. Nosoc. Argentin.: Aq. vegetomineral. GOULARDI Libr. unam. — AUGUSTIN: Acet. Saturn. Drachm. duas, Aceti Unc. tres, Aq. comm. Libr. duas.

FOMENTATIO SCORBUTICA BATE.

Rec. Hb. Artemis., — Hyper., — Cochlear., — Chamaepit. āā Unc. unam et semis, — Absinth. vulg., — Absinth. Roman. āā Unc. duas, — Rorismar. Unc. unam, Rad. Raphani Unc. duas, coq. c. s. q. Aquae pro fotu.

FOMENTATIO SEDANS, s. leniens.

PIERQUIN: Aceti Saturn., Camphor. āā Unc. duas, Oxycrati Unc. sex, Aq. frigidissimae q. s.

FOMENTATIO SICCA.

FERRARINI: Rec. Flor. Sambuc. gross. pulv., — Chamom. āā Unc. unam, Farin. Secalis Libr. unam.

FOMENTATIO SINAPINA.

Rec. Farin. Sinap. Unc. quatuor, Aq. fervid. Unc. sedecim.

FOMENTATIO STIMULANS RICHARD.

Rec. Sem. Anisi, — Cumini, — Foenic. āā Unc. semis, infunde Aq. ferv. Unc. octo, colat. adde Spir. camph. Unc. unam.

FOMENTATIO TABACI.

Rec. Hb. Nicotianae Unc. duas, coq. c. Aq. comm. Unc. sedecim, cola.

FOMENTATIO TONICA.

RICHARD: Decoct. Cort. Chinae Unc. quinque, Vini rubri Unc. duas. — Ph. Lusit. vet.: Flor. Chamom., Hb. Rutae, — Centaur. min. āā Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam et semis, colat. adde Sal. Ammon. Unc. semis.

FOMENTATIO TONICO-ADSTRINGENS BRERA vid. Fomentatio adstringens BRERA (p. 436).

FOMENTATIO TONICO-ANTISEPTICA BRERA.

Rec. Asae foetid. Unc. semis, solve l. a. in Decoct. Chinae Unc. quatuor, Infus. Flor. Chamom. Unc. sex, adde Spir. Vini rect. Unc. semis.

FOMENTATIO VINOSA.

Ph. Gall. (1837): Mellis albi Unc. quatuor, Vini rubri Unc. triginta duas. — Ph. Gall. milit.: Tinct. aromat. Unc. unam, Vini rubri Unc. viginti.

FOMENTATIO ZINCI SULPHURICI, s. Sulphatis Zinci.

Rec. Vitrioli albi Drachm. unam, Aq. commun. Libr. unam. (Varietates pendent ex medici arbitrio.)

FOMENTUM, FOTUS vid. Fomentatio.

FRUCTUS BECHICI RICHARD.

Rec. Dactyl. enucleat., Jujubarum, Ficuum, Passularum āā Part. aequales.

FRUCTUS CARMINATIVI RICHARD.

Rec. Sem. Anisi, — Foeniculi, — Coriandri, — Carvi āā Part. aequales.

FULIGO DEPURATA Gereinigter Glanzruß. *Suie purifiée.*

Ph. Hamb. (1835): Rec. Fuliginis splendentis quantum placet, solve in sufficiente quantitate aquae fervidae, solutio calida filtrata ad extracti spissitudinem evaporet.

## FUMIGATIONES. Räucherungen.

*Fumigations*, gasorum vel vaporum evolutiones dicuntur ad usum medicum aptorum. Duplex illorum finis est, alter aërem corrigendi sive personandi aliquid, quod ab illo continetur, alter exercendi vim salutarem in corpore aegroti. Fumigationes ad aëris correctionem aptae propositum habent, ut miasmata vel elementa morbosa per aërem dissipata chemice deleant, uti Fumigatio oxymuriatica, SMITHIANA, tum ut foetores atque exhalationes nauseam excitantes obvolvant, sicut Saccharum, Resinae, Coffea, Succinum,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0462-8
DFG

Baccae Juniperi tosta singula, vel Acetum simplex et aromaticum evaporandum. Gas, quae tali modo in usum vocantur, sunt Gas Chlori, Acidi sulphurosi, nitrosi, Ammoniaci; vapores sunt sicci, aquosi, spirituosi, aetherei. Vapores sicci emergunt ex torrendis resinis, Benzoë, Succino, Baccis Juniperi, imo etiam Sulphure incenso, Cinnabari decomposita.

Vapores aquosi ex ipsa aqua pura evaporata constituuntur, vel onerati materiis volatilibus ex plantarum partibus aromaticis abreptis. Hi tali modo in pulmones resorbentur, ut aegroti capiti atque humeris magnus pannus obtegatur, cui infusio calida plantae aromaticae salutaris in vase aperto idoneo suggeritur; vel ex apparatu aspiratorio e. gr. lagena Woulfiana bicolli, cujus tubus alter aegroti ore suscipitur, alter in aërem ipsum desinit, quo fit ut aegroti anhelitu aër atmosphaericus per vas sugatur.

Singulis vocibus, quae de parandis Fumigationibus animadvertenda sunt, referuntur.

FUMIGATIO ACIDI NITRICI vid. Fumigatio Smithiana.

FUMIGATIO ANTILOIMICA Gaubii vid. Fumigatio Gaubii.

FUMIGATIO ANTISEPTICA vid. Fumigatio Smithiana.

FUMIGATIO ANTIVENEREA vid. Fumigatio Cinnabaris.

FUMIGATIO AROMATICA vid. Species fumales.

FUMIGATIO BELLADONNAE.

Soubeiran: Rec. Infusionis Salviae Libr. duas, Pulv. Hb. Belladonnae Drachm. unam, mixta ingerantur in vas aspiratorium (voce Fumigatio) et vapores inhalentur ex mixtione Graduum 40 ad 50 Therm. Reaum.

† FUMIGATIO CHLORI vid. Fumigatio oxymuriatica.

† FUMIGATIO CINNABARIS, s. mercurialis. Zinnoberräucherung, Queckſilberräucherung. *Fumigation de Cinnabre.*

Rec. Cinnabaris Drachm. unam ad duas, projice in laminam ferream fusam adeo calefactam, ut Cinnabaris decomposita avolet. Later ignitus quoque conducit pro lamina ferrea. Aegrotus in arcam positus vapores per cutem resorbet. Vapores mixti sunt ex Acido sulphuroso, ex Mercurio vivo evaporato, et Cinnabari indecomposita.

† FUMIGATIO DESINFECTANS, Guyton-Morveauiana, s. hygiaenica vid. Fumigatio oxymuriatica.

FUMIGATIO Gaubii, s. antiloimica Gaubii, s. Solutio alexiteria Gaubiana. Gaub'ſche Räucherung.

Rec. Nitri Part. undeviginti, Sal. comm. Part. undecim, Magnesiae Vitriariorum Part. quatuordecim, intime mixtis infunde (tempore et loco opportuno) Olei Vitrioli Part. viginti cum Aq. commun. Part. tribus antea mixti. Evolvuntur mixta Gas Chlori atque nitrosum.

FUMIGATIO Masuyer Ph. Nosoc. Argent. Rec. Calcariae chlorosae Unc. unam, in vase fictili plano sparsam loco idoneo expone.

† FUMIGATIO MERCURIALIS vid. Fumigatio Cinnabaris.

FUMIGATIO NITRICA vid. Fumigatio Smithiana.

† FUMIGATIO OXYMURIATICA, s. Fumigatio Guyton-Morveauiana, s. Chlori desinfectans, s. muriatico-oxygenata, Alexiterium chloricum, Suffimigatio Guytoniana, Gas acidi muriatici oxygenati. Chlorräucherung, oxydirtſalzſaure Räucherſpecies, Guyton-Morveau's Räucherung. *Fumigation de Guyton-Morveau, désinfectante, de Chlore, hygiénique, Alexitère chlorique.*

Rec. Magnesiae Vitriariorum Unc. duas, in vase figulino aperto affunde Acidi Salis concentrati crudi q. s. ad pastam mollem, quae diu indesinenter Gas Chlori exhalat. Quod si evolvi cessaverit, altera acidi copia infusa iterum cieatur, atque miscela igne supposito leniter foveatur. Liquore limpido denique decanthato Magnesia Vitriariorum residua ad eundem usum denuo inservit.

Acidum Salis crudum, quod hodie vilissimi pretii prostat, ad hunc usum opportunissimum, et miscelae Salis communis, Magnesiae Vitriariorum et Olei Vitrioli diluti anteponendum, quum praeparationem ne minimam quidem exigat. Hanc mixtionem si adhibere vis, parandi methodum habebis in pagina 57, voce Aquae Chlori, susceptione in aqua neglecta. Citissime agetur si Calcariae chlorosae Acidum Salis dilutum infundes. De Chlori indole atque usu cf. vocem Chlorum (p. 178).

FUMIGATIO PICIS LIQUIDAE. Theerräucherung. *Fumigation de Goudron.*

Pix liquida in vase idoneo cum decupla vi Aq. commun. igni imponatur, ut vapores aquosi materiis pyrogeneis onusti in cubiculum emergant, in quo aegrotus commoratur. Laudata in catarrhis chronicis et phthisi.

FUMIGATIO RESINOSA Sainte-Marie.

Rec. Resinae communis, Cerae flav. āā Part. aequales, immitte in vas fictile craticulae impositum, a lampade cum Spiritu Vini alita calefactum. In phthisi laudata.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0463-3

**FUMIGATIO** Smithiana, s. nitrica, nitrosa Smithiana, desinfectans, antiseptica, Acidi nitrici, Alexiterium nitricum, Suffumigatio cum Acido nitrico. Smith'ſche Räucherung, ſalpeterſaure Räucherung. *Fumigation d'acide nitrique.*

Ph. Gall. (1837): Rec. Olei Vitrioli Unc. duas, caute mixtas cum Aq. comm. Unc. una calefac in patina sinensi prunis ardentibus imposita; tum sensim injice Nitri depurati pulverati Unc. duas, cavens, ne alteram copiam addas, quam antecedens penitus decomposita fuerit. Haec copia sufficit pro depurando cubiculo capacitatis trium millium pedum cubicorum. Absque caloris adminiculo Nitrum purum ab Oleo Vitrioli non decomponitur. Rationum varietates Codicum atque Auctorum pestringere operae pretium non est, quum plurimae a recto discedunt.

FUMIGATIO VOLATILIS s. ammoniacalis.

Ph. Ruthen. castr.: Rec. Salis Ammon. pulv. partem unam, Calcis vivae pulv. partes duas. m.

FUMIGATIO VOLATILIS HUMIDA.

Rec. Sal. Ammon., Cinerum clavell. dep. āā Part. aequales mixta et aqua humectata in vase idoneo calefiant, ut vapores evolventes partem morbosam attingant.

FUNDANS ANTIMONII Lemery.

Rec. Acidi Nitri Unc. decem, Acidi Salis, Olei Vitrioli āā Unc. quatuor. Dictum a virtute Antimonium solvendi.

FUNDANS Lassone vid. Aqua salina (p. 88).

FUNDANS Richardi, s. Resolvens Richardi sec. Van Mons:

Rec. Ol. Terebinth., Acidi Salis conc. āā Unc. unam, agita in retorta per aliquot dies, tum affunde Spir. Vini rectificatiss. Unc. octo; destillent Unc. octo in quibus solve Camphor. Unc. semis.

FUNDANS Ruhlandi mixtio est Kali sulphurici, nitrici, antimonici ex aquis lavatoriis Antimonii diaphoretici obtenta.

FUNGUS QUERNUS PRAEPARATUS, s. Agaricus chirurgorum Disp. Lipp. est Agaricus igniarius (gemeiner Feuerſchwamm) qualis ubique prostat, nec a pharmacopola praeparatur.

GALBANETUM vid. Oleum essentiale Galbani.

GALIPEINUM vid. Cusparinum (p. 213).

**GARGARISMA**, Gurgelwaſſer, *Gargarisme*, est medicamentum semper liquidum ad morbos et dolores oris atque faucium aptum. Menstruum est aqua. Inserviunt gutturi atque palato abluendo et fovendo, neque tamen absorbentur.

GARGARISMA ACETICUM, s. acidulum, s. acetosum. Eſſiggurgelwaſſer.

Ph. Gall. mil.: Aceti Part. viginti quinque, Mellis depum. Part. triginta, Decocti Hordei Part. ducentas. — Swediaur: Oxymell. Unc. tres, Decoct. Hordei Libr. unam. — Ratier: Aceti Drachm. duas, Mell. rosat. Drachm. sex, Decoct. Hordei Unc. sex. Altera formula ejusdem: Salis Ammon. Drachm. unam, Mell. Unc. unam et semis, Aceti Vini Drachm. duas, Aq. comm. Libr. unam. — Spielmann: Aceti Unc. duas, Mell rosati Unc. unam, Aq. comm. Libr. unam. — Richard: Oxymell. Unc. unam, Decoct. Hord. Unc. sex; vel: Decoct. Hordei Unc. sex, Syr. Moror. Unc. unam, Nitri Scrup. unum; vel: Aq. comm. Unc. quatuor, Syr. simpl. Unc. semis, Spir. Vitrioli Gutt. octodecim. — Plenckius: Aq. comm. Libr. unam, Aceti rosati Drachm. duodecim, Mell. rosati Unc. duas.

GARGARISMA ACIDI ACETICI CUM MYRRHA Fothergill.

Sec. Richard: Rec. Decoct. Hordei Libr. unam, inter coctionem adde Rad. Contrajerv. cont. Unc. semis, Liquori colato admisce Acid. acetici, Tinct. Myrrh. āā Unc. unam, Mell. Drachm. sex.

GARGARISMA ACIDI MURIATICI s. muriaticum.

Nosoc. St. Barthol.: Rec. Rosar. Gall. Drachm. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim, infunde, colat. adde Acidi muriat. Drachm. unam et semis. — Connel: Rec Decoct. Cydoniorum Unc. septem, Syr. Moror. Unc. unam, Acidi muriatici Gutt. viginti ad triginta.

**GARGARISMA ADSTRINGENS.** Zuſammenziehendes Gurgelwaſſer. *Gargarisme adstringent.*

Variae indolis obveniunt Gargarismata adstringentia, quorum nullum pro prototypo haberi possit. Ex materia, cui vis adstringens potissimum debetur, distribuendi argumentum desumsimus.

a) *Cum Alumine.* Disp. Fuld., Lipp. Rec. Alumin. Drachm. duas, Aq. comm. Unc. decem, solutioni adde Tinct. Pimpinell. alb. Unc. semis, Mell. despumati Unc. duas. — Ph. Gall. mil.: Alumin Unc. semis, Aq. Hordei Libr. unam, Mellis rosati Unc. tres. Ph. Ruth. castr Aluminis Drachm. unam ad sesqui, Infusi Flor. Sambuc Libr. duas, Acidi sulphurici diluti Gutt. triginta, Mell. Unc. unam vel Sacch. alb. Unc semis. — Ph. Dan. milit.: Alumin. Scrup. duos, Infus. Salviae Unc. octo, Mell. crudi Unc. unam. Ph. Hamb. paup. Alumin. Drachm. tres, Infusi Salviae Libr. unam, Mell. rosat. Unc. duas. — Ratier: Aluminis Drachm. unam, Decoct Hord., Infus. Flor. Rosar. rubrar. āā Unc. tres, Mell. rosati Unc. duas; vel: Alumin. Drachm. unam, Infus Rosar. rubrar. Unc. octo, Mell. comm. Unc. unam et semis, Augustin, Ellis: Alumin. Drachm. semis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0464-9 DFG

Decoct. Cort Querc. ex Unc. una parati Unc. duodecim, Spir. Vini Unc. duas. — Swediaur: Alumin. Drachm. unam, Infus. Contrajervae Unc. octo, Aceti, Tinct. Myrrh. āā Unc. unam; vel: Alumin. Drachm. duas, Infusum Hb. Salviae, ex Unc. una paratum cum Vini Rhenani Unc. octo, Mell. rosat. Unc. unam. — Rennie: Alumin. Drachm. unam, Decoct. Chinae Libr. unam, Mell. rosat. Unc. unam. — Beral: Alumin. Scrup. quatuor, Aq. dest. Unc. septem, Mell. despum. Unc. unam. — b) *Cum Acido Salis.* Augustin: Hb. Salviae Pugill. unum, Vini rubr. q. s ut sit decocti colatura Unc. octo, cui adde Mell. rosat. Unc. unam, Acidi Salis Drachm. unam. — c) *Cum Gallis:* Ph. Lusit. ed. Pinto: Gallar., Cort. Granat. āā Drachm tres, Aq. commun. Unc. sedecim, coque ad remanent. Libr. unius, colaturae adde Alumin. Drachm. unam, Mell. rosat. Unc. unam. — Ratier: Decoct. Hordei Unc, quatuor, Flor. Rosar. rubrar., Gallar., Cort. Granat. āā Drachm unam, Vini rubri Unc. quatuor, Mell. rosat. Unc. duas, Acid. Sulphuric. dilut. q. s. — d) *Cum Cortice Granatorum.* Cadet: Infusi Hb Agrimoniae, — Nuc. Cypressi, — Cort. Granator., — Flor. Sambuci āā Unc. quatuor, Mell. rosat., Syr. Moror. āā Drachm tres, Olei Vitrioli Gutt. viginti. — Ph. Lusit. vet. Cort. Granat. Drachm. unam, coque per horae semiquadrantem c. Aq. comm. Unc. octo, adde Flor. Rosar. rubr. Pugill. duos, colaturae adde Alumin. Drachm. unam, Mell. rosat. Unc. unam. Beral: Aq. comm. Libr. unam, Pulv. Cort. Granat Drachm. duas, infunde, cola, Unciis octonis colaturae adde Vini rubri Unc. duas, Mell. rosat. Unc. unam, Syr. Papav. Unc. unam, Elixir. acidi Halleri Gutt. duodecim. — Spielmann: Cort. Granat. Unc. unam, Balaustiorum Unc. semis, coq. c. Aq. comm ad colat. Unc. sedecim, cui adde Alumin. Drachm. semis, Syr. Rosar. Unc. unam. *Pierquin: Ligni Lentisci Unc. semis, Flor.* Rosar. rubr., Balaust. Granat. āā Drachm. duas, coq. c. Aq. comm. ad colat. Libr. unius, cui adde Alumin. Drachm. tres. — Reuss: Rad. Bistort., Hb. Agrimon., — Vinc. Pervinc., Flor. Malv. arbor., Balaustior. āā par pondus; harum Specierum Drachm. duas coq. c. Aq. commun. Unc. una. — e) *Cum China.* Rennie: Alumin. Drachm. unam, Decoct. Chinae Libr. unam, Mell. rosat. Unc. unam. — f) *Cum Tormentilla.* Saunder: Rad. Tormentill. Unc. duas, Aq. comm. q. s ad colat. decocti Libr. unius, adde Mell. rosat., Spiritus Vitrioli Gutt. decem; vel: Hb. Agrimon. Unc. semis, Rad. Tormentill. Drachm. duas, Aq. comm. Unc. sex, coque, cola et adde Roob Mororum Unc. unam. — g) *Cum Ratanhia.* Ph. Ferrar.: Extr. Ratanh. Unc. semis, Aq. comm. Unc. viginti, Aceti Unc. quatuor. — Gray: Infus. Rad. Ratanh. Unc. sex et semis, Spiritus Vitrioli Drachm. duas et semis, Syr. Moror. Unc. unam; vel: Extr. Ratanh. Drachm. tres, Aq. comm. Libr. unam et semis, coctis adde Syr. Moror. Unc. unam, Spir. Vitrioli q. s. — h) *Cum Semine Sinapeos.* Pierquin: Sem. Sinap. Drachm. unam, Aceti rosat., Sacch. alb. āā Unc. unam, Aq. comm. Unc. tres. — i) *Cum Aceto Saturni.* Ratier: Aceti Saturn. Drachm. semis, Decoct Hord. Libr. unam, Syr. Sacch. Unc. unam. — k) *Cum Vitriolo albo.* Ellis: Vitrioli albi Drachm. unam, Mellis Unc. semis, Tinct. Myrrh., Spir. Vini simpl. āā Unc. unam, Aq. Rosar. Unc. quatuor. — l) *Cum Vitriolo coeruleo.* Swediaur: Vitrioli coerulei Gran. duo, Aq. comm. Unc. quatuor. — m) *Cum Camphora.* Pierquin: Camphor. Gran. unum, Mell. rosat. Unc. unam, Infusi ex Hb. Rubi et Hb. Camphorosmae āā Unc. una Unc. quatuor.

GARGARISMA ADSTRINGENS ACIDUM s. detergens.

Ph. Ferrar.: Rec. Aq. Hordei Unc. decem, Mellis rosati Unc. unam et semis, Spir. Vitrioli Drachm. unam. — Augustin: Rad. Aristoloch. rotund., — Bistortae āā Unc. semis, Hb. Cochleariae, — Salviae, — Aquilegiae āā Unc. unam et semis, Turionum Pini Unc. semis, Decocti Hordei ferventis Libr. unam et semis, denuo coque, colaturae adde Syrup. Rosar. Unc. tres, Spir. Vitrioli Drachm. duas, Spir. Vini camphorat. Drachm. unam. — Ratier: Spir. Vitrioli Gutt. viginti, Decoct. *Hordei Unc. quatuor, Mell. rosati Unc. unam; vel: Spir. Vitrioli Gutt. octodecim, Aq. dest.* Unc. quatuor, Mell. despum. Unc. semis. — Saunder: Aq. Hordei Libr. unam, Mell. rosat. Unc. tres, Spir. Vitrioli q. s. ad saporem leviter acidulum. — Ph. Lusit. vet.: Hb. Agrimon., — Rubi āā Drachm. tres, coque c. Aq. comm. Libr. una et semis, adde Mell. rosati Unc. unam, Spir. Vitrioli Scrup. duos.

GARGARISMA AERUGINIS, s. viride.

Gray: Ung. aegyptiaci Drachm. duas, Mell. Unc. unam, Aq. comm. Unc. sex; vel: Ung. aegyptiaci Drachm. duas, Alumin. Drachm. semis, Aq. Hordei Libr. unam. — Currie: Ung. aegypt. Unc. semis, Mell. rosat. Unc. duas, Decoct. Hord. Unc. sex.

GARGARISMA ALTHAEAE, s. Radicis Althaeae.

Sundelin: Rec. Rad. Althaeae Drachm. tres, Flor. Sambuc Unc. semis, coq. c. Aq. comm. Unc. sedecim ad colat. Libr. unius, adde Syrup. Alth. Unc. unam et semis. — Beral: Rad. Alth. Unc. unam, coq. c. Aq. comm. Unc. viginti, colat. adde Mell. Unc. duas.

GARGARISMA ALUMINATUM, s. aluminosum vid. Gargarisma adstringens *a)* cum Alumine.

GARGARISMA AMMONIACALE.

Saunder: Spir. Sal. Ammon. caust. Unc unam, Infusi aromatici cujuslibet Libr. unam. Ph. Lusit. ed. Pinto: Gargarism. emollient. Libr. unam, Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas. — Pringle: Rad. Althaeae, Caricar. sicc. āā Drachm. sex, Lact. vaccini Unc. sedecim, colat. adde Spir. Sal. Ammon.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0465-5
DFG